

equale. In sinistris Pallas, galea, agide, ac hasta tuta, patrem corona donat laurea. Infrà. ROMA. Nummum hunc argenteum uidi apud Carolum à Porta Lugduni.

In una parte.

158. Iuppiter diadematus, adolescens adhuc, dextro ore, obuerso dorso, in quodam iniecta est pallij lacinia, uelut uiculatorius fulmen manu (etiamsi non adpareat) librat. Ad dei synciput adparet signum. R.

In altera.

Apollo, & Bacchus ad pubem nudi in truci sedentes, hic innixus in anguinum caput dextra. Ille in Tygris sua uelut ablandiens fera, varijs de rebus alternatim loquuntur inter se, lauis in manibus scipiones tenent eburneos. Inter hos Pallades caput monetarius incredit. A parte laeua. R. infrà. 2. CAESI. Nummum hunc argenteum uidi Venetijs apud ^{num} D. Patriarcham Aquilegiensem.

In una parte.

159. Aediles pl. duo togati in subsellijs constituti, de re frumentaria quaestiones uicissim ferunt. A dextris. PA. infrà. N. F. ANC. ME.

In altera.

Ceres Dea effigiata, coronam spiccam capite gerens, laeua obtutu. sine nominis titulo. Nummum hunc argenteum memini me uicisse Norimbergæ apud D. Joannem Candelserum.

In una parte.

160. Ophalicon uidetur muliebre, laeua obtutu, mundonni muliebri